



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Marina. V. 8. Febr.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

S. MARINA. V. 8. Febr.

Mulierem sub togâ, imò virum sub
 mulieris simulachro ostendimus.
 Rectè dixeris, sive *MARINAM*, sive
MARINUM dixeris. Nam *MARINA*
 quidem nomen parens dedit, cum nata
 est, ubi verò ad Asceterium secum ab-
 duxit, cum veste nomen viri indidit, ius-
 sitque *MARINUM* esse, metamorpho-
 sin celo ridente. Patre ergo magistro
 Asceticen edocta, hoc mortuo, ægerri-
 mè scilicet orco fecit; cum mulier im-
 proba tela virili veste repelleret, & per
 sanctissimam larvam cæcum puerum *A-*
morem rideret, unica virgo tot inter vi-
 ros jam tutior quàm inter virginum nu-
 per choros. Nempe ubi vulneri locus non
 est, invidia est. Cum vitium virgini
 non posset hostis facere, fecit fama.
 Puella, ad cuius parentes divertere so-
 lebat *MARINUS*, cum res cœnobii cu-
 raret, corrupta à milite parentem hunc
 mentitur, itaque malum ingens cœno-
 bitis parit. Accusata virago peccasse ut-
 tique se fatetur, factumque fletu uberi
 damnat & gemitu. Ergo extra septa san-
 cta ejicitur, & subinde filius etiam ad-
 ducitur buccâ alendus, quam mendic-
 anti ascetæ ministrabant. Sic jam sub
 alterâ larvâ spectatorem orbem fallit,
 dum quinto abhinc anno, cum verum
 etiam